Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Regula S. Augustini.

https://hdl.handle.net/1874/337364

Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.
N°. 412

[illegible]
N° 9

359 *(Eccl. 412, antea 291a.) Membr. 8°. 25 ff. literis Missal. Saec. XV.*

Regula S. Augustini.

Fol. 1b. Incipit Regula s. prioris nostri Augustini episc. Fol. 2a. Ante omnia fratres karissimi diligatur, cet. Fol. 23b. Explicit Regula. Fol. 24a. Aliqua notabilia pro lectoribus refectorij.

„Liber Regularium in Traiecto."

Hs.
5 E 9

N 252. a.

Andere
No. 291. A.

Incipit Regula sancti
pr̄is nr̄i Augustini ep̄i.

Ante omnia
fratres karissimi
diligatur
deus. deinde
proximus.
quia ista precepta sunt prin
cipaliter nobis data. Hec
igitur sunt que ut ob
servetis precipimus in
monasterio constituti.
Primum propter quod in u
num estis congregati. ut
unanimes habitetis in

domo: et sit vobis anima
una et cor unum in deo.
Et non dicatis aliquid propri
um: sed sint vobis om
nia communia. Et distri
buatur unicuique vestrum
a preposito vestro victus et
tegumentum: non equa
liter omnibus. quia non
equaliter valetis omnes:
sed potius unicuique si
cut cuique opus fuerit.
Sic enim legitis in actibus

apostolorum: quia erant illis
omnia communia: et distri
buebatur unicuique sicut
cuique opus erat. Qui
aliquid habebant in seculo:
quando ingressi sunt mo
nasterium libenter velint
illud esse commune. Qui
autem non habebant: non
ea querant in monasterio
que nec foris habere po
tuerunt. Sed tamen eorum
infirmitati quod opus est

tribulatur: etiam si pauper
tas eorum qui boni erant.
nec ipsa necessaria pote
rat invenire. Tamen non
ideo se putent esse felices.
quia invenerunt victum et
tegumentum quale boni
invenire non poterant.
nec erigant cervicem quia
sociantur eis ad quos
boni accedere non aude
bant: sed sursum cor ha
beant. et terrena vana

non querant: ne inci
piant esse monasteria
diuitibus utilia non pau
peribus: si diuites illic hu
miliantur. et pauperes il
lic inflantur. Rursus
etiam illi qui aliquid esse vi
debantur in seculo: non ha
beant fastidio fratres suos
qui ad illam sanctam socie
tatem ex paupertate venerunt.
Magis autem studeant non
de parentum diuitum dig

nitate: sed de pauperum
fratrum societate gloriari.
Nec extollantur si commu
ni vite aliquid de suis fa
cultatibus contulerint: nec
de suis divitiis magis
superbiant. quia eas mo
nasterio parciuntur. quam
si eas in seculo fruerentur.
Alia quippe quecumque in
iquitas in malis operibus
exercetur ut fiant: su
perbia vero etiam bonis ope

ribz insidiatur ut pereat.
Et qd prodest dispgere da-
do paupibz et pauperem
fieri. cu aia misera su-
pbior efficitur diuitias
contepnendo. qm fuerat
possidendo. Omnis ergo
unanimiter et concor-
diter viuite. et honorate
in vobis deu inuicem cuius
tepla facti estis. Orationibz
instate: horis et teporibz
constitutis. In oratorio

nemo aliquid agat nisi
ad quod est factum. unde
et nomen accepit. ut si
forte aliqui etiam preter
horas constitutas. si eis
vacat orare voluerint.
non eis sint impedimento
qui ibi aliquid agendum
putaverint. Psalmis et
ymnis cum oratis deum.
hoc versetur in corde. quod
profertur in voce. Et noli
te cantare. nisi quod legi

tis esse cantandum. Quod
autem non ita scriptum est ut
cantetur: non cantetur.
Carnem vestram domate
ieiuniis et abstinentia es
ce: quantum valitudo per
mittit. Quando autem ali
quis non potest ieiunare:
non tamen extra horam pran
dii aliquid alimentorum
sumat: nisi cum egrotat.
Cum acceditis ad mensam
donec inde surgatis. quod

vobis secundum consuetudi
nem legitur. sine tumultu
et contentionibus audite:
ne sole vobis fauces su
mant cibum: sed et aures
esuriant dei verbum. ¶ Qui
infirmi sunt ex pristina
consuetudine si aliter
tractantur in victu: non
debet aliis molestum esse
nec iniustum videri. quos
fecit aliqua consuetu
do fortiores. Nec illos fe

liciores putent. quia su
munt quod non sumunt ipsi.
sed sibi potius gratulen
tur: quia valent quod non
valent illi. Et si eis qui
venerunt ex moribus delica
tioribus ad monasterium
aliquid alimentorum vesti
mentorum operimentorum
datur. quod aliis fortioribus
et ideo felicioribus non datur.
cogitare debent quibus
non datur quantum de sua

seclari vita illi ad istam des
cenderunt: quorum usque ad
aliorum qui sunt corpore fir
miores frugalitatem perve
nire nequiverunt. Nec de
bent velle omnes quod s
paucos vident amplius.
non quia honorantur. sed
quia tolerantur accipere:
ne contingat detestanda
perversitas: ut in monas
terio ubi quantum possunt
fiunt divites laboriosi.

fiant pauperes delicati.
Sane quemadmodum egro
tantes necesse habent mi
nus accipere ne graventur.
ita et post egritudinem sic
tractandi sunt ut citius
recreentur. etiam si de humi
lima seculi paupertate ve
nerint: tamquam hoc illis contu
lerit recentior egritudo, quod divi
tibus anterior consuetudo.
Sed cum vires pristinas
reparaverint, redeant ad fe

liciorē consuetudinē suā.
que famulos dei tanto ā
plius decet q̄nto minus
indigent. ne ibi eos te
neat voluptas iam ve
getatos. quos necessitas
levarat infirmos. Illos
estiment ditiores: qui
in sustinenda parcitate
fuerint fortiores. Melius
est enī minus egere: q̄m
plus habere. Non sit
notabilis habitus vester

ter: nec affectetis vestibus
placere sed moribus. Quando
proceditis simul ambu
late: cum veneritis quo
itis. simul state. In inces
su statu. in omnibus moti
bus vestris nichil fiat quod
cuiusquam offendat as
pectum: sed quod vestram dece
at sanctitatem. Oculi ves
tri si iaciuntur in aliquam
feminarum: figantur in nul
la. Neque enim quando proceditis

feminas videre p̄hibe
mini: sed appetere aut ab
ipsis appeti velle. crimi
nosū est. Nec solo tactu
affectu: sed affectu quo
q̄ et aspectu appetitur et
appetit cōcupiscentia fe
minar̄. Nec dicatis vos
habere animos pudicos:
si habeatis oculos īpudi
cos: quia īpudicus ocu
lus īpudici cordis est
nūtius. Et cū se īuicē si

uicem etiã tacente lĩgua
conspectu mutuo corda
nũciant ĩpudica: et secũ
dũ cõcupiscentiã carnis
alterutro delectantur a
more: etiã intactis ab ĩ
mũda violatione corpo
ribus. fugit castitas ipsa
de moribus. Nec putare de
bet qui in feminã figit
oculũ et illius in se dili
git fixũ: ab alijs se nõ
videri cũ hoc fecerit. Vide

nur omnino: et a quibus se
videri non arbitratur. Sed
ecce lateat. et a nemine
hominum videatur: quid
faciet de illo desuper inspec
tore. quem latere nichil po
test. An ideo putandus
est non videre: quia tanto
videt patientius quanto
sapientius. Illi ergo vir
sanctus timeat displicere:
ne velit femine male
placere. Illud cogitet etiam

videre: ne velit feminā
male videre. Illius nāqꝫ
et in hac causa cōuenien
tis est timor: ubi scrip
tū est. Abhominatio est
dn̄o. defigens ocłm. Qui
ergo simul estis in eccle
sia. et ubicumqꝫ ubi femi
ne sūt: inuicē vrām pu
dicitiā custodite. Deus
enī qui habitat in vo
bis: etiā isto modo custo
diet vos et vobis. Et si

hanc de qua loquor ocu
li petulantiam in aliquo
vestrum aduerteritis: statim
ammonete ne cepta pro
grediantur: sed de proximo
corrigantur. Si autem et
post ammonitionem iterum
uel alio quocumque die id
ipsum eum facere uideritis:
iam uelut uulneratum
sanandum prodat. quicumque
hoc potuerit inuenire.
Prius tamen et alteri uel

tercio demonstrandum: ut
duorum vel trium possit ore
conuinci. et competenti seue
ritate coherceri. Nec vos
iudicetis esse maliuo
los: quando hoc indicatis.
Magis quippe innocentes
non estis: si fratres vestros quos
indicando corrigere po
testis. tacendo perire per
mittitis. Si enim frater
tuus vulnus haberet in
corpore quod vellet occulta

n cui timet secari: nõne
crudeliter abs te sileretur
et misericorditer indica
retur. Quãto ergo po
tius debes manifestare:
ne deterius putrescat in
corde. Sed anteq̃ alijs
demonstret per quos cõ
uincendus est si negaue
rit: prius p̄posito debet
ostendi. si ãmonitus
neglexerit corrigi: ne for
te possit secretius correp

nis nō innotescere ceteris.
Si autem negauerit: tunc ne
ganti adhibendi sunt a
lii: ut iam corā omnibus
possit nō ab uno teste
argui: sed a duobus uel
tribus cōuinci. Cōuictus
vero: secundum prepositi uel e
tiā presbiteri ad cuius dis
pensationē pertinet arbi
triū. debet emendatoriā
sustinere vindictā. Quā
si ferre recusauerit: etiā

si ipse non abscesserit de via
societate priuatur. Non
cum et hoc fit crudeliter. sed
misericorditer: ne conta
gione pestifera plurimos
perdat. Et hoc quod dixi de ocu
lo non figendo: etiam in ce
teris inueniendis. prohiben
dis. indicandis. conuincen
dis vindicandisque peccatis
diligenter et fideliter obser
uetur: cum dilectione ho
minum et odio viciorum.

Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum ut occulte ab aliquo litteras uel quodlibet munus accipiat: si hoc ultro confitetur. parcatur illi et oretur pro illo. Si autem deprehenditur atque conuincitur: secundum arbitrium presbiteri uel prepositi grauius emendetur.

Uestes uestras in unum habeatis sub uno custode uel duobus. uel quot sufficere

potuerunt ad eas excuti
endas: ne a tinea ledantur.
Et sicut pascimini ex uno
cellario: sic induamini
ab uno vestiario. Si fie
ri pt nō ad vos ptineat
qđ vobis induimentū
pro tēpore cōgruencia p
feratur: utrū hoc recipi
at unusquisque qđ deposue
rat. an aliud qđ alter
habuerat: dū tamē p
unicuique put cuique opus

est non negetur. Si autem hinc
inter vos contentiones et
murmura oriuntur.
cum queritur aliquis deteri-
us se accepisse quam prius
habuerat. et indignum
se esse qui non ita vestia-
tur. sicut alius frater
eius vestiebatur. hinc
vos probate quantum vobis
desit in illo interiore sancto
habitu cordis qui pro
habitu corporis litigatis.

Tamē si vr̄a toleratur
infirmitas. ut hoc reci
piatis qđ posueritis: in
vno tamē loco sub cōi
bus custodibus habete qđ
ponitis: ita sane ut nul
lus sibi aliquid operetur:
sed oīa opa vr̄a in vnū
fiant: maiori studio et
frequentiori alacritate.
quā si vobis singulis fa
ceretis ppria. Caritas enī
de qua scriptū est. qđ nō

querat que sua sunt sic in
telligitur: quia communia pro
priis non propria communibus ante
ponit. Et ideo quanto am
plius rem communem quam propria
vestra curaveritis. tanto
vos amplius proficere no
veritis: ut in omnibus quibus
utitur transitura necessi
tas. supereminet que
permanet caritas. Con
sequens ergo est: ut etiam
qui suis filiis aut aliq

necessitudine ad se pertinen
tibus in monasterio con
stitutis aliquam contulle
rit vestem sive quodlibet ali
ud inter necessaria depu
tandum non occulte accipi
atur sed sit in potestate prepo
siti: ut in rem communem re
dactum. cui necessarium fu
erit prebeatur. Quod si ali
quis rem sibi collatam ce
laverit: furti iudicio con
dempnetur. Indumenta

vestra secundum arbitrium prepositi laventur. sive a vobis sive a fullonibus: ne interiores anime sordes contrahat munde vestis nimius appetitus. Lavacrum etiam corporum cuius infirmitatis necessitas cogit: minime denegetur. Fiat sine murmure de consilio medicine: ita ut etiam si nolit iubente preposito faciat quod faciendum est.

pro salute. Si aūt velit et
forte nō expedit: sive cu
piditati nō obediatur.
Aliquī enī etiā si noceat:
prodesse creditur qđ delec
tat. Denique si lateris est
dolor in corpe: famulo
dei dicenti quid sibi dole
at sine dubitacōe credā
tur. Sed tamē utrū sa
nando illi dolori qđ delec
tat expediat: si non est
certū medicus consulat.

Nec eant ad balnea siue
quocumque ire necesse fuerit:
minus quam duo vel tres.
Et ille qui habet aliquo
eundi necessitatem: cum quibus
prepositus iusserit ire debe
bit. Egrotancium cura si
ue post egritudinem refi
cientorum siue aliqua imbe
cillitate etiam siue febribus
laborancium. vni alicui
debet iniungi: ut ipse de
cellario petat quod cuique

opus esse p̄spexerint. Siue
aut̄ qui cellario siue q̄
vestibus siue qui codicibus
p̄ponitur: sine mur
mure seruiant fr̄ibus su
is. Codices certa hora.
singulis diebus petant̄:
extra horā qui petierit.
nō accipiat. Vestimēta
vero et calciamēta qui
fuerint indigentibus ne
cessaria: dare nō diffe
rant sub quorum custodi

a sunt que poscuntur. Lites
autem nullas habeatis.
aut quam celerrime finia
tis: ne ira crescat in odi
um. et trabem faciat de fes
tuca: et animam faciat ho
micidam. Sic enim legitis.
Qui odit fratrem suum: ho
micida est. Quicumque con
uicio uel maledicto. uel
etiam criminis obiectu ali
quem lesit. meminerit sa
tisfactione quantocius cu

rare quod fecit: et ille qui le
sus est sine disceptatione
dimittere. Si autem invicem se
leserint. invicem sibi debita
relaxare debebunt propter
orationes vestras: quas utique
quanto crebriores habetis:
tanto saniores habere
debetis. Melior est autem qui
quamvis ira sepe temptatur.
tamen impetrare festinat ut
sibi dimittat. cui se fecis
se agnoscit iniuriam: quam

qui tardius irascitur.
et ad veniam petendam tar
dius inclinatur. Qui autem
numquam vult petere veniam.
aut non ex animo petit:
sine causa est in monas
terio. etiam si inde non proici
atur. Proinde vobis a ver
bis durioribus parcite. Que
si emissa fuerint ex ore vestro:
non pigeat ex ipso ore proferre
re medicamenta unde facta
sunt vulnera. Quando autem ne

cessitas discipline moribus
cohercendis dicere vos
verba dura compellit. si
eciam ipsi modum vos exces
sisse sentitis. non a vobis
exigitur ut a vobis sub
ditis veniam postuletis:
ne apud eos quos opor
tet esse subiectos. dum ni
mium servatur humilitas.
regendi frangatur auc
toritas. Sed tamen peten
da est venia ab omnium do

mino: qui nouit etiā
eos quos plus iusto for-
te corripitis. q̄nta beni-
uolentia diligatis. Nō
aūt carnalis: sed spiri-
tualis inter vos debet esse
dilectio. Preposito tamq̄
pr̄i obediatur: multo ma-
gis presbitero. qui om̄im vr̄m
curā gerit. Ut ergo cuncta
ista seruentur. et si quid ser-
uatū minus fuerit nō
negligenter p̄tereatur.

sed ut emendandum corri
gendumque curetur. Ad pre
positum precipue pertinebit:
ut ad presbiterum cuius est
apud vos maior auc
toritas referat, quod mo
dum vel vires eius excedit.
Ipse vero qui vobis preest:
non se existimet potestate do
minante, sed caritate ser
vientem felicem. Honore co
ram vobis prelatus sit
vobis: timore coram deo

substratus sit pedibus vestris.
Circa omnes seipsum bonorum
operum prebeat exemplum.
Corripiat inquietos. con
soletur pusillanimes:
suscipiat infirmos: pa
tiens sit ad omnes. Discipli
nam libens habeat: metuen
dus imponat. Et quamvis v
trumque sit necessarium: tamen
plus a vobis amari ap
petat. quam timeri: semper co
gitans deo se pro vobis

redditurum esse rationem.
Unde vos magis obedi
endo non solum ei. sed etiam
ipsius miseremini: qui
inter vos quanto in loco
superiore. tanto in pericu
lo maiore versatur. Do
net dominus ut obser
vetis hec omnia tamquam spiritua
lis pulchritudinis ama
tores: et bono christi odo
re de bona conversati
one fragrantes: non

sicut servi sub lege. sed
sicut liberi sub gracia
constituti. Ut autem vos
in hoc libello tamquam in spe
culo possitis inspicere:
ne per oblivionem aliquid
negligatis. semel in sep
timana vobis legatur.
Et ubi vos inveneritis ea
que scripta sunt facientes:
agite gratias domino bo
norum omnium largitori.
Ubi autem sibi quicumque vestrum

videt aliquid deesse: doleat
de preterito. caveat de fu
turo: orans ut et debi
tum dimittatur. et in temp
tatione non inducatur.

Explicit Regula.

Liber canonicorum regularium in traiecto

Aliqua notabilia p lcōrib; refcōry.

Itē non oportet qp omīs libri biblie
omnī anno finiant. sed qp tpa sua
illis sicut decet occupent interruptis
quinque passib; p prudenciā cātoris
ut vno āno lectū nō est saltē alterō qd
anno legat.

Itē ppt sermoēs bti bnardi. guerri
ci et alior de ieiunio nō ptermittit
lcō evāg. p collacōe. statutū enī qd
dicit cū deficiūt sermoēs illius
tpis vult tn̄ qp sermoēs ordinary
capli nrī debent legi suis tpib; ante
alia. Sz sermoēs bti bnardi et alior
pnt de mane legi loco biblie cū sic
visū fuit cantori.

Itē omelie dent legi pus qp sermones

Itē omel dñcal sp det legi in dñc. Sz si te

de sanctis cantetur de quibus etiam habetur omnino specia
lis. illa est prima omnium legenda et postea
omelia de dominica.

Item omelia debet integraliter legi in refecto
rio nisi prior aliter iudicaverit esse finien
dum. scilicet ut incipiat ibi in refectorio ubi
dimissum erat in choro. 2 f

Debet autem lector providere libros in quibus le
gendum est. et loca ubi incipiendum est
et ut legenda per totam refectionem suffi
ciat antequam conventus ad benedictionem intret.

Hystorias legat expedicius. sermones
et omelias attencius. Aperte tamen et distinc
te legat omnia ut possit intelligi
et tali voce ut possit audiri. Et dum
legit aurem accommodet correctori ut
si quid emendaverit intelligere possit.

Dominica prima post pascha leguntur Actus apostolorum
Dominica secunda et tercia legitur Apocalypsis beati iohannis
Dominica quarta et quinta leguntur Epistole canonice

Dominica prima post penthecosten leguntur libri regum paralipomenon Esdras et Neemias usque ad kalendas Augusti
Dominica post bartholomei legitur historia Job
Dominica ante vel post exaltacionem sancte crucis legitur historia Thobie per unam ebdomadam.

Dominica ante vel post mathei legitur Judith et Hester
Dominica ante vel post Michahel legitur historia Machabeorum
Dominica post symonis et Jude legitur historia prophetarum scilicet Ezechielis. danielis. osee. iohelis. amos. abdie. Jone Michee. naum. abacuc. sophonie aggei zacharie malachie
Dominica adventus domini legitur ysaias propheta
Dominica in sexagesima vel ante legitur quatuor euangelia
Dominica in septuagesima vel ante secundum cantoris arbitrium tempestive legitur genesis
Dominica letare Jheremias et Baruch

Circa kalendas Augusti leguntur parabole salomonis. et ecclesiastes. et liber sapiencie et ecclesiasticus

siotandum quod ephylogus textus
sumarie debet legi sextis
feriis ad collationem et cena
per lectionem 2e regule sed pa
rum non elongi sub temporibus
[illegible] non accrevit ad a
liquid speciale legendum
2o per dei gratia singulis
annis bis finietur unus
quatuor librorum ephilogi
prefati in refectorio ita quod
in spatio quatuor annorum po
terit quilibet quondam perfec
tam clericaturam sive litte
turam pedetentim acquire
re sine multo labore et fati
gatione maxime si quibus in
[illegible] studeat lecta in
quibus septimana que pauca
erat intelligere etc etc
Et corpus ephilogi in se
[illegible] finiretur per tempus
perfectionem [illegible] mutua sibi
[illegible] etc etc
ad [illegible] etc

Et quod hic ephylogus super
titulus sic gignit altiorem et
altiorem intellectum scripturarum
Ideo perutile est ut post
finem totius sic per quatuor
annos sic de novo renove
atur in refectorio modo tac
to. Amen Quod si ita ob
servatum fuit procul dubio
per dei gratiam numquam deerunt
monasterio nostro notabiliter
devoti literati viri et cleri
docti [illegible]
in processu temporis etc etc

[illegible]